Stoicorum senten tia in uirtute animi beata uita statuen tium ·

& respuisse a se & coarguisse in aliis uidetur· quam quod natura
ipsa auctore inpulsi indignum homine esse existimauerint·
in officium se tantum uentris & inertiae natos arbitrari & in
hanc uitam non ob aliquam praeclari facinoris aut bonae artis stu
dia esse deductos· Aut hanc ipsam uitam non ad aliquem profec
tum esse aeternitatis indultam· quam profecto non ambigeretur
munus di non esse reputandam· cum tantis adflictata angorib;
& tot molestiis inpedita· sese ipsam atque intra se a pueritiae igno
ratione usque ad senectutis deliramenta consumeret· & idcirco
ad aliquas se patientiae & continentiae & placabilitatis uirtutis
doctrinae opera transtulisse· quod bene agere atq; intellege
re· id demum bene uiuere esse opinabantur· Uitam autem non
ad mortem tantum ab inmortali do tribui existimandam· cum
boni largitoris non esse intellegeretur· uiuendi iucundissimum
sensum· ad tristissimum metum tribuisse moriendi; & quam
quam non ineptam hanc eorum esse sententiam atque inuti
lem existimarem· conscientiam ab omni culpa liberam con
seruare· & omnes uitae humanae molestias· uel prouidere
prudenter· uel uitare consulte· uel ferre patienter·
tamen hi ipsi mihi non satis idonei ad bene beateque uiuendum
auctores uidebantur· communia tantum & conuenientia hu
mano sensui doctrinarum praecepta statuentes· quae cum
non intellegere beluinum esset· intellecta tamen non agere·
ultra beluinae inmanitatis esse rabiem uideretur; Festinabat
autem animus· non haec tantummodo agere· quae non egisse
& criminum esset plenum & dolorum· Sed hunc tanti muneris
dm parentemque cognoscere· cui se totum ipse deberet· cui famu
lans nobilitandum se existimabat· Ad quem omnem spei suae opi
nionem referret· In cuius bonitate inter tantas praesentium
negotiorum calamitates· tamquam tutissimo sibi portu

Nota quae uirtutes

Nota officium theologie

MVSEVM BRITANNICVM

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BRITISH LIBRARY
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bl_harley3115/0010